

*Bibliothèque numérique*

medic@

Gesner, Christian Wilhelm. - Stephani  
Alexandrini Peri Chrusopoiias lectio  
prima

1777.

lenae : Litteris Fickelscherii  
Cote : 90959x68x13

ORDINIS MEDICI

IN

VNIVERSITATE LITTERARIA IENENSI

H. T.

D E C A N V S

D. CHRISTIAN. GODOFR. GRVNER

SERENISSIMI DVCIS SAXO-VINARIENSIS AC ISENACENSIS A CONSILIIS  
AVLAE BOT. ET THEORET. PROF. PVBL. ORD. ACAD. CAES. NAT.  
CVRIOS. ET MOGVNT. SCIENT. VTL. NEC NON SOCIET. ACADEM.  
PRINCIPAL. HASS. SODALIS

DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM

VIRI CLARISSIMI

CHRISTIANI GVILIELMI GESNER

HERBSLEBIA - GOTHANI

A. D. XXX. AVGUST. CICLO CCLXXVII.

HABENDAM INDICIT

PRAEMITTITVR

NVNC PRIMVM GRAECE AC LATINE  
STEPHANI ALEXANDRINI


Περὶ χρυσοποιίας

LECTIO PRIMA

IENAE  
LITTERIS FICKELSCHERRII.

LIII.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15





## PROOEMIVM

**M**ultis abhinc seculis ea quosdam homines inuasit opinio, qua nulla fallacior et magis ridicula est, ut praefracte affirmarent fieri posse, ut metallum ignobile in nobilis perfecte transformetur. Sic enim olim AENEAS ZAEVS *a*): *Et apud nos, qui materiae peritiam aliquam habent, ii sibi argentum et stannum sumunt, priori metalli genere deleto, materiam ipsam in augustius et pretiosius conuertunt, atque aurum pulcerrimum efficiunt.* Id quod et naturae rerum perquam aduersum est, ut praecclare nuper docuit Cl. WIGLEBIVS *b*), et experientiae nullo modo consentaneum, ideoque auctores ac defensores absurdae huius sententiae quaerunt, quod nufpiam est. Hinc non defuerunt maiorum et patrum me-

A 2

moria,

*a)* In Theophrasto f. de Immortal. Anim. Dial. p. 717. ed. lat. OPP. PHILON. Basil. 1561.

*b)* Hist. Krit. Untersuch. der Alchemie, Weim. 1777.

moria, qui hoc scitum risui aliorum exponerent, illudque falsissimum esse argumentis haud proletariis demonstrarent. In his facile enitescit HERM. CONRINGIUS c): Cuius tela cum retundere anniteretur OL. BORRICHIVS d), tanta exarsit inter eos animorum contentio et controversia, ut quaererent, vtrum illa chemicorum scientia tam antiqua sit, vt multi putant, nec ne, an detur alchemia, qua nulla pestis capitalior, scriptores veteres, quorum περὶ χρυσοποιίας libelli supersunt, genuini sint, an supposititii, rel. Vnus ait, alter negat, quisque suis innixus argumentis. Sed haec iam non attinet multis repetere, quia ferias nobis fecit Cl. WIGLEBIUS, et constitutum est animo, alio tempore singulatim hosce artis coryphaeos percensere, cum per singularem Serenissimi Ducis Saxo-Gothani, Municientissimi academiae nostrae Nutritoris, clementiam nuper mihi licuerit inspicere graecos illos auctores, quos artis diuinae inuentores admirantur, et tanquam testes idoneos, allegant identidem, etsi fumum vendunt. Quos si quis posthaec veros et fide dignissimos existimet, is mihi profecto dubiae sanitatis esse videatur. Nuper demum BORRICHIVM contractum emisit Cl. SCHROEDERVS e), et pro artis huius antiquitate, tanquam pro aris et focis, dimicandum censuit: At vero inter legendum tot tamque variæ exortae mihi sunt dubitationes, vt non possim non illas cum aequis lectoribus communicare.

Vellem ergo equidem Vir Clarissimus non dixisset modo, verum etiam diligenter demonstrasset, THY-

BALCAI-

c) De Hermet. Medicin. ed. sec. Helmst. 1669.

d) De Ortu et Progress. Chem. Hafn. 1668.

e) Neue Samml. der Bibl. für die höhere Naturwissensch. und Chemie B. I. Leipz. 1775. 8. tabula 70. duodecim. 11. 12.

BALCAINVVM lignem elementarem habuisse, sine quo lapis philosophorum nullus esse dicitur; (PHILONIS enim, TERTULLIANI, EVSEBII et CLEMENTIS testimonia hic profecto nullius momenti sunt) philosophiam Aegyptiorum, quae tempore MOSIS, SALOMONIS et CHRISTI<sup>f</sup>) seruatoris ferebatur, non, nisi hanc chemiam fuisse; genuina esse HENOCHI<sup>g</sup>) et ORPHEI<sup>h</sup>) fragmenta, atque digna, quorum auctoritate fretus aduersariorum argumenta confutes; SALOMONEM regem de magia tractasse; primaeuos homines artem illam ab angelis<sup>i</sup>), cum maxime ab HEXAELE, edoctam sedulo tradidisse filiis; ABRAHAMVM<sup>k</sup>) THOYT primum<sup>l</sup>) HERMETEM esse, et ad eundem auctorem referri ea fragmenta debere, quae passim adferuntur, circa villam falsitatis notam, nec laterum cocturam<sup>l</sup>) sine chemiae sublimioris cognitione cogitari posse; omnes DIODORI, PLVTARCHI veterumque scriptorum locos, in quibus metallorum praeparatio commemoratur, hanc auri faciendi artem significare, omnia vero mystica<sup>m</sup>) per alchemiam explicanda esse, singulaque DEMOCRITI experimenta monstrare virum, chemiae diuinae scientia praecclare imbutum; ASCLEPIADEM<sup>n</sup>) magum fuisse; nitrum<sup>o</sup>), quo vsi Aegyptii sunt ad condenda mortuorum corpora, idem esse, quod nobis in vsu est; regum thesauros<sup>p</sup>) nullos futuros fuisse, nisi ab hac arte diuina

A 3 dima-

f) L. cit. p. 99.

g) Ib. p. 101.

h) Ib. p. 175.

i) Ib. cit. p. 140.

m) Hanc viam iam ingressus est IAC. TOLLIVS in Fortuit, sed quam bene, alii iudicent.

n) Ib. p. 261.

o) Ib. p. 266.

p) Ib. p. 304.

6

dimanassent; alchemiam repeti oportere a solis Aegyptiis <sup>q)</sup>, cum exempla prostant, extitisse inde a priscis temporibus magiam orientalem et Iudaicam, ab illa longe diuersissimam; diuitias Colchidis et vellus aureum, metallum hermeticum fuisse; (hoc enim veterum scriptorum testimonii prorsus repugnat) poetarum commenta, quae altioris sunt indaginis, chemice esse explicanda; fabulas vero christianorum primorum, quos testes opinionis suae esse voluit, veras esse, eamque vim ac protestatem habere, quam iis inesse sibi est persuasissimum; graecum orationis genus <sup>s)</sup>, quo chemici graeci inediti vtuntur, versionem prodere, materiam vero peruetustam esse, et auctores <sup>t)</sup> ipsos incorruptos atque integros, quorum aliqui post deflagrationem bibliothecae Alexandrinae, CAESARIS tempore, alii sub DIOCLETIANO demum in vulgus emanarint rel.

Ad quae primum omnium Viro Clarissimo respondendum erat, si rite versari in defendenda chemiae sublimioris praestantia et antiquitate vellet; deinde debebat docere, unde sibi contigerit esse tam felici, mysteria ista priscorum seculorum penitus nosse, quae nemo per hominum memoriam probabiliter explicare potuit; certe eius argumenta, a PLINIO ceterisque auctoribus repetita, quia falsissima reperi, non eam apud animum meum vim et protestatem habuerunt, ut victas manus dem; tandem prae primis demonstrandum erat, non ex persuasione, sed ipso opere, scriptis, quae HERMETIS, OSTANIS, DEMOCRITI, ZOSIMI rel. nomine insignita hinc inde in bibliothecis latent, conuenire criteria, quae a tempore, argu-

mento,

<sup>q)</sup> Ib. p. 338.

<sup>s)</sup> Ibid. p. 159. et 393.

<sup>r)</sup> Ib. p. 347.

<sup>t)</sup> Ibid. p. 392.

mento, testibus, orationis genere, stili et sententiarum diversitate cert. repetuntur.

Attamen largi simus. Fuerint quondam talia scripta; Vnde vero constat, haec eadem illa esse, quae hodie superant, exceptis iis, quae ab recentioribus profecti sunt hominibus, exindeque consequens esse, artem illam revera talem olim fuisse, qualem Vir Clarissimus opinatur? Nam si verum GALENI u) effatum est, in Aegypto inventum unumquodque, a communi eruditorum confessu probatum, columnis inscriptum fuisse quibusdam in sacris locis positis, sic, ut ne scribentis quidem nomen recipetur, vnde, quaeſo, nouimus, haec vere ad HERMETEM auctorem referri debere, quae eius esse in fronte librorum manuscriptorum perhibentur? Sed de hoc alias pluribus.

Interea rerum ne nobis nimis succenseat Cl. SCHROEDERVS, et ut habeant fumosi philosophi, in quo admodum delectentur, placet ex cod. bibl. Rhedigeranae Vratisl. descriptam et cum Gothano diligenter collatam x) subiungere lectionem primam STEPHANI ALEXANDRINI y), quae, quantum equidem noui, graece nusquam edita est, eique addere versionem latinam, quae ex bibl. Caef. Vindobensi in Gothanam peruenit. Age feliciter!

STE-

u) L. adv. Julian. p. 247. T. VII. Opp. ed. Basil. 1549.

x) Extat Vratisl. cod. chart. in bibl. Rhedigerana ad S. ELISABETHAE, et descriptus est, etiam si vitiose, ab eodem, qui et Vindobonenſem descriperat, CORNELIO NAVPLIENSI, ANDRAE filio, seculi XVI. anno, ut videtur, quinto et sexagesimo. cf. Nou. Libr. Rarior. Collect. Hal. Fascic. IIII. p. 767. Quoad codicem Gothanum, etiam est chartaceus, ad exemplum cod. Augustani mendissime conscriptus varieque distractus, sed REINESII magni manu studioſissime emendatus.

y) De hoc v. REINESIVS in CYPRIANI Catal. Cod. Msct. Bibl. Goth. No. 269. p. 87. sequ. et vers. lat. ap. FABRIC. Bibl. Graec. T. XII. p. 748. MORHOS Polyhist. I. II. p. 102. seq.

Στεφάνης Ἀλεξανδρέως οἰκυμενικῆς  
α) Φιλοσόφου καὶ διδασκάλου τῆς  
β) μεγάλης καὶ ἱερᾶς  
τάπιης γ) τέχνης περὶ χρυσοποίης πρᾶξις δ) σὺν θεῷ  
πρώτη.

STEPHANI ALEXANDRINI PHILOSOPHI VNUERSALIS IN MAGNA ET SACRA ARTE MAGISTRI DE AVRIFACTORIA CVM DEI GRATIA PRAXIS S. ACTIO PRIMA.

**Θ**εὸν τῶν πάντων αγαθῶν ε) ἀπιον καὶ βασιλέα τῶν ὄλων, καὶ τὸν ἐξ αὐτῶν πρὸ τῶν αἰώνων ἐκλαμψαντα μονογενῆ οὐρανὸν σὺν τῷ ἀγίῳ πνεύματι ὑμησαντες, καὶ τὸ τῆς αὐτῶν γνωσεως λαμφὲν ἡμῖν παθιτένσαντες τῆς ἐν χερρὶ πραγματείας τῷδε τῷ συγγάμματος ἀπαρξάμενῳ (τὰ καλλιστα δρέπεδα f) καὶ τὰ

A deo, qui est omnis boni causa, et rex totius vniuersi, et ab eius vnigenito filio, qui ex illo effulgit ante secula, vna cum spiritu sancto, hymnis et laudibus celebrando; simul etiam a lumine, quod per dei agnitio- nem nobis illuxit, suppliciter inde postulando, operis huius, quod habemus pree manibus, faciemus initium, et in eo veri-

τατει

- a) BORRICH L. cit. p. 78. ex anonymo chemico περὶ θεοῦ οὐδαίος τῆς λαμψίσεως, refert, principes aurififices HERMETEM TRISMEGISTVM, IOANNEM Archisacerdotem, DEMOCRITVM, ZOSIMVM, ob artis praestantiam dictos οἰκυμενικούς s. universales: at vere commentatores OLYMPIODORVM et STEPHANVM. cf. FABRIC. Bibl. Gr. l. c. p. 694.
- b) Tῆς deest in cod. Vindob. ibique paullo post leg. εἰ πρὸ σὺν: In Paris. vero abest prorsus σὺν θεῷ. Denique ap. BORRICH. inscrib. Στεφάνης Ἀλεξ. οἰκυμ. Φιλοσ. περὶ τῆς ιερᾶς καὶ θεᾶς τέχνης τῷ χρυσῷ ποιήσεως.
- c) In Cod. Goth. non leg. in quo REINESIVS fatetur inesse multa exarata ineptissime, multa confusa, ut paucissima recte cohaerant.
- d) Voc. Πρᾶξις alii per processum explicant, ex chemicorum more, alii per actionem, alii denique per lectionem, ut recte FABRIC. B. Gr. T. VII. p. 451.
- e) Male cod. Goth. leg. αγαθὸς, et in Vind. prorsum deficit. Recte Paris.
- f) Haec vncinis inclusa cod. Goth. non habet, et, salvo contextu, abesse possunt et debent.

αληθῆ ανιχνεύειν ἐπισημένα.  
νῦν δὲ ἐκ τῆς αληθεῖς Φυσικῆς  
Φεωρίας κατασκευαζέον τὸ πρό-  
βλημα. οἱ τοι εἰδέναι τοιούτα

Ω Φύσις ὑπὲρ αὐτὴν γνωμένη, οἰκονομηθεῖσα, ὑπεράρχεται καὶ ὑπερβαίνεται τὰς Φύσεις ὡς Φύσις μία, καὶ ἡ ἐντὸς ἐξ αὐτῆς τὸ πᾶν Φέρεται καὶ ἀποπληρεῖται· ὡς ἔνωσις πλιθυνομένη, καὶ διάκρισις ἔνωμένη· ἡ δὲ αὐτὴ καὶ ἡ πάλιν ἄλλη Φύσις, ἐξ αὐτῆς τὸ πᾶν ἀποσύζεται· ὡς ὑπὲρ καὶ ἀύλος, τὰν ὑπὲρ διακρατεῖται· ὡς Φύσις Φύσιν γιγάντεια τέρπεται· ὡς Φύσις κρανίη, σπινευματικὴν ἀποσύλλεγεται ὑπάρξειν· ὡς ἀσώματον σῶμα τὰ σώματα ἡ ἀσώματοποιεῖν· ὡς σελήνης διάδρομη, πάσαν τὴν διακόσιμην περιλάμπεται· ὡς γενικότατον εἶδος καὶ ἴδιοκότατον ἡ γένεσις· ὡς Φύσις ἀλη-

tatem inuestigare accurate stu-  
debimus. Est autem ex ipsius  
veri genuina cognitione ador-  
nandum nobis libri propositum.

O natura supra naturam, aliis omnino naturis superior! O natura supra te ipsam eleuata, alias vero naturas longe transcendens! O natura, quae omnia procreas ex temet ipsa, perseuerans similis tibi, vnaque ad perfectionem adducis! O unitas multiplicata, et discrepantia in unitatem redacta! O eadem semper natura, et nunquam mutanda, quae tua vi cuncta conservas! O immaterialis materia, omnem in te comprehendens materiam! O natura, quae naturam ipsam vincendo oblectas! O caelestis natura, spiritualem substantiam, tanquam splendorem, effundens! O incorporeum corpus, res corporeas ad statum incorporeum redicens! O lunae vis motrix, per quam rerum omnis ordo lucescit! O generalissima species et specialissimum genus! O natura ve-

95

g.) Sic ex cod. Goth. reposui: Vratisl. leg.

<sup>h)</sup> Σύμπατα ιστιν οἱ δόρυν αὐτῶν σιγην κορδες. Sic Lex. Chym. gr. et Lat. *Apud Chym. grecos sunt οἱ δόρυν i. e. aes, plumbum, sulphur intactum. psimmythum: Ex ipsis aquaone cerusia et cochlea.*

i) In Vrat. est ~~sed ex auctoritate~~, quod forte ferri posset ob praecedens ~~anno~~  
~~ex auctoritate~~ ~~sicdos~~, sed praefstat illa lectio.

B

θῶς ὑπὲρ Φύσιν νικῶσα <sup>h)</sup> τὰς  
Φύσεις ποία Φύσις; εἰτέ ή ἐξ αὐ-  
τῆς) οἵπειρες ἀνθρις αἴποσπαζούνε-  
ιν ἡτοὶ ή τὸ ἄπυρον <sup>m)</sup> Φέρβος  
Θέουν καὶ πυρίμαχον ἔχοντα τὸν  
τόνου, η̄ πολλυάνυμος ιδέα καὶ  
πολλύειδος ἐπώνυμος, η̄ ἔρωτε-  
ρος Φύσις τε καὶ ἐξαπλωσις <sup>n)</sup>,  
η̄ πολλύχρωμος ἐξαφίγεσσα ἵρις,  
η̄ τὸ πᾶν ἐξ ἑαυτῆς αἰναλύσθε-  
σσα ὡς Φύσις η̄ αὐτὴ καὶ ωκ ἐξ  
ἄλλης τὴν Φύσιν διαφαίνεσσα <sup>o)</sup>,  
ω̄ ὅμοιον ἐξ ὄμοιάς ὁμοιόγενες <sup>p)</sup>  
ἀναφένειν ᾧ (η̄) πενίζεσσα <sup>q)</sup> Θα-  
λασσα, παικιλοχρώμες ἀναργυ-  
ροποιοῦσσα <sup>r)</sup> παραπλανη-  
τικές <sup>s)</sup> παραπλανητικές <sup>t)</sup> παραπλα-  
νητικές <sup>u)</sup> παραπλανητικές <sup>v)</sup>

re supra naturam, naturarum  
omnium victrix. Qualis igitur  
natura? Die aliquis mithi-  
nimirum natura ex se ipfa na-  
turaliter extracta: cuius qui-  
dem diniritas est dissimilis igni,  
vivacitas tamen et vigor instar  
ignis feruerit. Est quoque  
idea seu vnicula species, nomini-  
bus diuersissimis apta, et nihilominus  
vnicum nomen, plurimorum  
specierum multitudinem  
continens. Est natura exer-  
cita, et rerum omnium expli-  
citissima facies. Est variis co-  
loribus florentissima iris, quae  
omnia ex arcano suo recessu  
producit in lucem. O natura  
semper similis sibi, et inde  
suam ex nulla re alia repre-  
sentans! O essentia similitudine  
gaudens, et essentiae sibi simili-  
mae genitrix! O mare oceanique  
immensa profunditas, mul-  
tico-

<sup>k)</sup> Sic pro ικάσσα cod. Goth. retinui nominatum.

<sup>l)</sup> Cod. Vrat. add. πατην, ut fere multis aliis locis; sed superflua  
vox est.

<sup>m)</sup> In cod. Vrat. leg. corrupte, η̄ τὸ ἄπυρον, sine sensu; hinc veram et  
accommadatam lect. ex Goth. reddidi.

<sup>n)</sup> Sic pro corrupto ιξάμπλωσις auctoritate cod. Goth.

<sup>o)</sup> Cod. Vrat. hab. Φύσις η̄ αὐτη - διαφαίνεσσα, Goth. vero Φύσις - διαφίνε-  
σσα; Vterque corrupte: Hinc Φύσις διαφαίνεσσα restitui.

<sup>p)</sup> Vulgatam lectio hein retinui, et si forte legi possit ὁμοιόγενες.

<sup>q)</sup> Deest in cod. Goth.

<sup>r)</sup> Vox noua, lexicographis ignota. Texum emenda, et vox non  
erit amplius ignota. Lege vero ᾧ πενίζεσσα. REINES. in Marg.  
Posset tamen et commode, itidice III. TRILLERO, legi πενίζεσσα.

μετέπειτα) μαργαρίτας ὁ σύλλογος τετρασωμίας ἐπιπέδῳ 1) ἀραιόμενη ὡς τρίπτης τριάδος ἐπιγραμμα 2) καὶ δικῆς σφραγίδος ἐξαρτυμα 3) μαγνητίας καὶ σώμα, διὸ οὐτού τοῦ πάντα ἐπιφέρεται μητρίον ὡς χρυσοφόρον 4) γρανίς νάμα τοῦ αργυρολοβού τοῦ θαλάσσης αναπειπόμενον πνεῦμα. ὡς αργυροθάρακον 5) ἔχεσσα χιτῶνα, τοῦ χρυσοζώματον 6) κοριόζοτα βοτρυχον. ὡς σαφιάταν ἐνοίσαι καλλή γυμνασίοις αντιτίθεται τοῦ πολυτελούτερον. O! Λειτούργοι τοῦ θεοῦ τοῦ πολυτελούτερον. O! Λειτούργοι τοῦ πολυτελούτερον.

s) Forsan paullo melius hic leg. *ἀνθυμιαῖμ* sec. III. TRILLERVM, et recte; nam et ex versione haec lectio colligitur verissima: Sed et illa sensum habet.

t) Sic pro *ἰπειδὼ* cod. Vrat. reposui.

u) Male leg. cod. Goth. *ἴπιχεινιατε;* nam respondere debet sequenti *ἴξαρτυμα.*

x) *Μαγνητίσιον* ἡ λευκὸς τοῦ πυρίτη. *Μαγνητία* ιστι ἀπαλάξισθαι σῆρες ἡ γάνηταις. *Μαγνητία* ιστι εἰς τὸ θηλυκόν, τὸ χαλκηδόνον. Lex. graec. At Lat. *Magnesia* s. *Magnes.* Ap. graec. *chymicos* est *Saturnus albus*, item *Pyrites* s. *ignisomus lapis*, item *acetum intemperatum atque sublimatum*, item *stibium feminini sexus*, idque *chalcedonicum*.

y) Δι' οὐτοῦ teste leg. si subintelligis *μαγνητίας*; at si *σύμπατος*, lege, δι' οὐ.

z) Cod. Goth. hab. *χρυσόφορος*; sed locum habere non potest ob sequens *νάμα*; Praeferatur ergo vulgata lectio *χρυσοφόρος*, praesertim quia et infra sic legitur.

a) In contexto leg. cod. Goth. *ἀργυροθάρακον*: sed in marg. adscriptit REINES. *ἀγνησόθάρακον*. Rectissime.

b) Cod. Vrat. corrupte leg. *χρωσόζόμιον*, fine sensu.

ticolores rerum conditarum  
margaritas euaporans! O re-  
rum cretarum omnium com-  
plexio, in elementorum qua-  
tuor amplissimo campo, mira-  
bili venustate spectabilis! O  
inscriptio trinitatis confusa, et  
universalis rerum anuli nexus!  
O magnesiae corpus (robur)ad  
se, quicquid arcanum est, tra-  
hens! O Vraniae seu caelestis  
plane virtutis flave liquor! O  
argenti ardue spiritus, quem  
mare nobis emittit! O substan-  
tiae, argenti Thracii rogam in-  
duta, et aurei succi botrum ap-  
portans! O mentium sapientis-  
simarum exercitatio pulcra! O

## B 2

diui-

σία: ὡς θεοτάτων αὐδρῶν σοφὴ πανεργία<sup>c)</sup>; ὡς αἰμήτων δὲ αὐτῶν πέλαγος<sup>d)</sup> καὶ κενοδόξων αὐδρῶν προκαταλαμβανομένη ἀπειρία<sup>e)</sup> ὡς ὑπεριώνων μερόπων αναθυμμένη<sup>f)</sup> ἔξαψις<sup>g)</sup> ὡς εὐσεβῶν<sup>h)</sup> αἰνθρώπων απεριπλικώτας σοφή<sup>i)</sup> ὡς ἐναρέων αὐδρῶν θεωρημένη ὥψις<sup>j)</sup> ὡς πρατικῶν φιλοσόφων πόλυπνον αὐθος<sup>k)</sup> ὡς τελεία μονοειδῆς ἀποσκεψίη<sup>l)</sup> ὡς σοφίας ἔργου γορθετον<sup>m)</sup> φέρον<sup>n)</sup> καλλος<sup>o)</sup> ὡς πᾶν ἐκ μιᾶς κοινίας τὴν τοσαύτην αὔγυνη ἔχατρά πλήσια<sup>p)</sup> ὡς σελήνη ἐκ τῆς ιδιαιτερότητος<sup>q)</sup> φωτίζεις φῶς αἰτολαμβάνησα<sup>r)</sup> ὡς μία φύσις ή αὐτὴ καὶ ἐκ ἄλλοι<sup>s)</sup>

οἱ δια

diuinissimorum hominum omnipotens sapientia! O illis, qui non sunt initiati mysteriis, ineluctabile pelagus! O inaniter gloriantium imperitia praediata! O superborum mortalium aestus euanescentis in sumum! O piis hominibus inabseondite splendor! O virtute praeeditorum contemplatiuum sane spectaculum! O flos suave fragrans, cultorum philosophiae practicae proprius! O perfecta speciei unicae compositio! O singularis sapientiae opus, pulchritudinem adferens animo dignam! O omnium effulgescens ex una substantia lumen! O luna, quae mutuam accipit lucem a lumine solis! Una eademque natura, nec altera, oblectans et oblectata, continens

φύσις

et

- p) Cod. Vrat. πανεργία, Goth. πανεργία. Hanc lect. praetulimus; neque forte male πανταχή. At nihil temere mutandum est.
- d) Vt enique cod. πανοίτων: Hinc optime REINES. in marg. πανοίτων. III. TAILLEERO etiam πανοίτων legi posse videtur.
- e) Et hic mallem ἀναθυμμάτιν.
- f) Hab. Cod. Vrat. ποσεῖν αἴθρείτω, Goth. ποσεῖν αἴθρείτω. Sed reponui ποσεῖν αἴθρείτω ob antecedentia et consequentia.
- g) Sic Cod. Goth. Sed in Vrat. est ποσεῖτον, quod forte leg. ποσεῖτον vel ποσεῖτον.
- h) Vulgata lect. in utroque cod. est φίρους: Sed haec constructio falsa. Nam si ποσεῖτον refertur ad τὸ σοφίας, legendum sine dubio φίρους est; Sin vero ad τὸ φίρους, leg. φίρος. Hanc equidem lectionem praefero.
- i) Male Cod. Vrat. πανά.

Φύσις πέραν τοῦ καὶ τεράτων, οὐκ  
κρατεῖται καὶ κρατημένη, σώζεται  
μέντι τε καὶ διασώζεται <sup>κ.</sup>). Τὸ  
μέντιν καὶ τὴν πολλῆς ὑλῆς, ἐνὸς ὅν-  
τος τῆς Φωτιᾶς <sup>1)</sup>, καὶ μιᾶς Φύ-  
σεως μικρῆς τὸ πᾶν. ποίει γάν-  
τη φύσης; ποίεις; ὅρμη τοῖς εὐ-  
φρόνοσιν ἀνατίθεται τὸ μέγα τοῦ  
τοῦ δῶρου, τοῖς τὴν αρετὴν ἡμῖν φι-  
ετομένοις <sup>τῷ</sup>, τοῖς <sup>π.</sup> Θεωρητικὴν  
πρᾶξιν μεγαστημένοις, καὶ πρακ-  
τικὴν θεωρίαν ἐνδρυμένοις. ποίεις  
ταῦτας Φράσσου, τοιχοὺς ἡμῖν  
πραμπνύων <sup>ο.</sup>) ἔσεσθαι τὸ δῶ-  
ρον <sup>μ.</sup>; ποίεις λέγω καὶ τὸ δῶρον  
κρύψω. ὄμολογῶ τῆς ἀναθεν-  
φωτοδοσίας τὴν χάρην, η παρὰ  
τῆς πατρὸς τῶν Φωτῶν ἡμῖν δεδω-  
μέναι. αἴσθατε ἀστάγγελοι,  
νοέτε, αἴσθεσθε τὴν ὑλώδη θεω-  
ρίαν, δῶσως ἐνῷ τοῖς νεοροῖς ὑμῶν  
τοιχούς παλαιάς της θεοφαλ-  
κήν επειδή τοῦ πατρὸς τοῦ Ιη-  
σοῦ.

B. 3. Βασιλεὺς τοῦ οὐρανοῦ

ο) Cod. Goth. φύσης. πλανητῶν

η) Cod. Goth. leg. φύσης. similiterque interpres: Sed malim retinere  
vulgarem lectionem, quae et infra eadem est, et praecedenti <sup>ηλητι</sup>  
opposita. III. TRILLER leg. putat φύσικῆς.

ι) Pereleganter dictum. Ita Plato De Rep. V. p. 655. αἴσθητε αἵτι-  
νατας αἱ φύσεις ταῦτα, et ex hoc THYMIST. Orat. XXIII. p. 309. αἴσ-  
θητε αἵτινατας αἱ φύσεις. In contrariam partem HIPP. ipse scite di-  
xit de malis medicis L. De Dec. Ornatu p. 54. T. I. ed. Lind.  
ἀκογύνισμενοι τὴν πατεῖν αἱ φύσιν ταῦτα κακίαν καὶ ιτισμόν. TRILL.

η) Deest in Cod. Goth. sed retineri debet.

ο) Sic Cod. Vrat. At Goth. τοιχούς. Male.

η) Cod. Goth. δάκρυ: Sed melius τὸ δῶρον.

η) Abest οὐ in cod. Goth.

οὐθαλμοῖς ἴδειν αἰξιωθῆτε τὸ  
αἰσθητέρυμένον, ματήριον. ἐνὸς  
γὰρ τὰ Φύσις ἔχεια καὶ μᾶς  
Φύσεως πικάσπε τὸ πᾶν. ποιας  
τούτης ἡδὲ ὑμῖν σαφῶς λέλεχ-  
θει, οτι ἡ Φύσις τὴν Φύσιν τε-  
τει, καὶ ἡ Φύσις τὴν Φύσιν κρα-  
τεῖ, καὶ ἡ Φύσις τὴν Φύσιν πη-  
τέρωτεμ μὲν ὁπός τῆς ἴδιας  
ἔσται) Φύσεως κρατεῖται δὲ τὸν  
ἔξι αὐτῆς ἔχεσσα συγγένειαν, πε-  
να δὲ ὑπὲρ Φύσιν τὴν Φύσιν  
ἔχειν εἴσαμεν τῆς οἰκουμένας  
αἴσθητηληρώση μητρώγυιαν, οἵτινες  
αἴθαρτον αἴσθαταν τὸν  
σῶμα, οἵτινα τὴν πνευματοθεῖ-  
σαν μετατρέποντα συμπλήρωσιν,  
τούτης ὑπὲρ Φύσιν ἔται Θαυμαζό-  
μενον, οἷς πνεῦμα. τότε κρατεῖ  
τὸν κομμένον σῶμα; τότε τέρπεται  
αἱ ἴδιαι οἰκητέριοι; τότε πη-  
σιώμαστας, ποτεινετείνον ὅλον  
τοῦ ὄλη τοῦτο τὸ χειρούνεον;) ὑπὲρ  
Φύσιν Θαυμαζόμενον. τί ἔστω

lem intuitum, ut digni habeantur  
mini mentalibus oculis abscon-  
ditum hocce mysterium cerne-  
re. Unica enim naturali sub-  
stantia opus est unicaque natu-  
ra, quae omnia vincat. Qua-  
lis autem haec sit, iam ex parte  
vobis manifeste dictum est,  
quod nimirum natura naturam  
delectet, et comprehendat natu-  
ram naturam, quod natura vin-  
cat naturam. Voluptatem enim  
ex natura propria haurit, et  
comprehendit naturam sibi ex  
se ipsa cognatam, et vincit de-  
mum naturam supra naturam;  
quando scilicet dispositiois  
suae arcana, ad rationem cor-  
poris pertinentia, consummauer-  
rit, quando immortale et in-  
corruptibile corpus efficerit,  
quando denique supremam per-  
fectionem substantiae, ad sta-  
tum vere spiritualem produxe-  
rit. Tum vero genus illud,  
tanquam spiritus vindictaque  
verissimus, admirationi erit su-  
pra naturam; tum quoque vi-  
res habebit corpus communica-  
tum,

οἰκητέριοι τοῦτο τὸ πνεῦμα τοῦτο τέρπεται  
αἱ ἴδιαι οἰκητέριοι; τότε πη-  
σιώμαστας, ποτεινετείνον ὅλον  
τοῦ ὄλη τοῦτο τὸ χειρούνεον;) ὑπὲρ

*Sic pro corrupto Cod. Vrat: ὅτι restituī ex Goth. At ill. TAIL-  
LERO legendū fuisse vel vixisse esse videtur.*

*s) Deest in Cod. Goth.*

*t) Cod. Goth. γειόπατος.*

τῷ τοιαύτῃ γνώσιν ἐν σοι  
εἰς Φίλων τοῖς πάντοις γένεσιν  
φέρεις ἐν τοῖς πολύμορφοις τῆς  
ἀφροδίτης εἰκόναις, σινοχέον δὲ πά-  
λιν διακονεῖται τὸν πυρίσολον ἀν-  
θρακομάτην. Τοσαῦτην δὲ ἐπιφέ-  
ρεσσα τὴν τηλαυγήαν νυμφικῶς  
έαυτὴν καὶ περικαλυπτεῖς τὸ ἔνα-  
γον τῆς Φύσεως αναλαμβάνεις

catum, et substantiae illi voluptatem, tanquam habitaculum eius proprium, gignet: tum denique universum ex uno verso ingrediens, comprehendet modo quodam incorpoream illam, quae gignitur cum admiratione supra naturam. Quid dicam ad te, o magnesia, vi comprehendendi donata? Quis non admirabitur aurum corallinum, ex te vndique perfectum? Per te immo absolutissime consummabitur omne mysterium. Tu enim sola tantae rei cognoscendae fiduciam praestas. In te finum suum expandit illustris illa nubes orientalis. Tu quoque in te ipsa, ceu contubernalem tuam, recludis illam multiformem imaginem Veneris, vti etiam illum pincernam, qui virilem caesaritem nutrit, eiacylans ignem. Quamquam igitur tam singularem communicas lucem, tamen in morem verecundantis spon-  
soredi nos . . . . . fac

<sup>2)</sup> Sine dubio haec v. mag est magneta i. e. vt alchymistae explicant, lapis philosophorum, quia ut magnes ferrum, sic ille autem naturam ad se trahere putatur.

x) Cod. Vrat. leg. §, sed sine sensu.

y) Cod. Vrat. 222, vi viderur, ex scribæ vitio.

2) Cod. Vrat. Ieg. envrg; Melius Goth. iauris, quod et inferpres afsumsit.

μυσήριον· δείξω λοιπὸν καὶ τὰ σᾶ  
χαρακτῆρος α) τὴν λαμπηδόνα·  
ἄρξομαι τὰς πολυμόρφους ἐνενας  
μηνύειν εἰκόνας· τότε γαρ σε τὶς  
νεράς καθισταῖναν ἐμφλογού τὴν  
πυρώδη ἔξαντας· τὴν σὴν β)  
Φεωρῶν πολύχρονον Φαντασίαν,  
ἀρκεῖν ωκεανὸν μετερθέων αν-  
τὶς τὰ καλλι· ὅσος γαρ περιλαμ-  
πτῶν παρυαρίτης, αμαυροῦ με-  
τρὸς θέαν τὰς κεράς· οὐ γος ἔξ-  
αντας τῶν c) Φευγίτης, πασαγ  
μεταπατλάτει d) τὴν φρασιν.  
η) σῇ αποσίλβησα αἴγυλη, ὅλην  
περιφράνει με τὴν καρδιαν· οὐ οὐ-  
σις αλπιθᾶς ηταέρ Φύσιν γιγάντων  
τὰς φύσεις. σὺ e) τὸ πάνη μία

sae temet ipsam abscondis, et  
tibi praecastum naturae mysteriū vindicas. Ostendam pro-  
inde tui etiam characteris ful-  
gorem: incipiam quoque multi-  
formes illas declarare imagi-  
nes. Tum vero exsistet, qui  
te mentaliter subigens ignitam  
atque flammantem suspendet,  
raptus scilicet contemplatione  
spectaculi, e multitudine colo-  
rum tuorum exorti. Non mihi  
sufficiunt vires ad huius ma-  
gnesiae decora omnia perstrin-  
genda. Tua enim margarita,  
o magnesia, vnde fulgens,  
meos mihi oculos acrimonia  
splendoris obtundit. Tuus quo-  
que pheggites (lapis luminosus  
atque perlucens) meam mihi  
aciem stupore quodam perstrin-  
git. Effulgentes radii tui  
laetitia totum mihi pectus inun-  
dant. Tu etsi vna natura, ta-  
men omnia es, illaque ipsa na-  
tura

### Φύσεις

- a) Cod. Goth. pro μύριον leg. τὸν λαμπηδόνα, et quae sequuntur, δίκην χαρακτῆρος, non habet. Recte: nam sine dubio ex margine in textum irreperserunt. Neque tamen reiicere volui, cum in verione eadem reperiantur.
- b) Cod. Vrat. τὸν διαγέ. Praefstat lectio Cod. Goth. τὸν σὴν θεαρῖν.
- c) Sic uterque cod. legit. REINES, in marg. ἑκατόντα. Non incongruens tamen est ἑκατόντα, vel ἑκάστα, ut ex praecedentibus colligi potest.
- d) Cod. Vrat. καταπλάττει. Male: Est enim sensu meliori, καταπλάττει, id quod int. in versione expressit. cf. HERODIAN. VI. 4. vbi κα-  
πλάττει τὸν οὐρανὸν τῷ σχήματι.
- e) Cod. Vrat. hab. οὐ, quod ferri non potest.

Φύσις ἡ αὐτὴ, δι' ἣς καὶ τὸ τῶν γίνεται ἔργον· περιττῷ γὰρ αἴρθητο οὐ τε τεχνολογεῖται τάκτος μία. τότε γὰρ γνωρίζῃ, εἰς οἷς προσδοκᾶσθαι· τότε ἀνακαλύπτει, εἰς οὓς περιδρομεῖσθαι· τότε ἀποπάνεις τῆς σάσσεις τὰς ἀγάνας, τότε μηνύεις Εαστιλικὴν αἰλυρυΐδα· οὐ καὶ διὰ τῆς σῆς παιδίσκης ἐστιχομίζῃ· τότε όχι ἔναγχος πάματος, ἀλλὰ χρυσόροφος θάλατος· τότε όχι πολύτροπος ἐπιτηδείοτης, ἀλλὰ πάνσοφος αὐγήνια. τότε όχι σέρποις τῶν ἐναρτῶν αἰδρῶν εὐρίσκεται, ἀλλὰ αἰσθαντοῦσις τῶν τελείων αἰδρῶν αναδίκυται. τοιάτος γὰρ αὐτῆς ὁ σὲ περιττῷ αἴρθμῳ εὐρισκόμενος ὄρος. οὗτος αὐτὴν ἐπιγνώσουσαί οἱ τῆς ἀρετῆς ἀνάστλεοι. Ακόσσατε οἱ τῆς σοφίας ἔρασται, ηγετε τὰ μεγαλεῖα παντοπράτορος Θεός· αὐτὸς γὰρ ἐσὶν οὐ πάσης σοφίας χορηγὸς, Φῶς οἰκῶν αἰπόσιτον, Φῶς οὐ φωτίζει πάν-

tura existis, per quam conficiuntur vniuersa. Artis tuae numeros omnes abundanter exequitur Pancoasmia (vniuersitas mundi). Tum certe illa, quibus in rebus vim tuam exspectet, agnoscit, tum etiam degerit, quibus te in locis praecipue complectatur et cingat. Tum quoque tu seditionis certaminibus finem imponis, tum item purpuram tu regalem praenuncias, quam et per tuam mox ancillam apporas. Tum nos vero nullus amplius labor aut pugna fatigat, sed potius laquearis aurei thalamus surgit. Tunc non varia tantum utilitas, sed sapientiae prorsus omnigenae subtilitas nascitur. Tunc homines virtute praediti exunt inopiam, quae rebus illos necessariis privat, et iidem tali omnino voluptate circumfluunt, quae deceat viros numeris omnibus absolutos. Nam dignitatis magnitudo, qua magnesia pollet, ad tantam se amplitudinem porrigit, ut eam non alii mereantur penetrare, quam quorum pectora virtus implevit. Audire proinde, quicunque diligitis sapientiam et cognoscite magnalia dei omnipotentis. Ipse est enim sapientiae vniuersae largitor, qui lumen habitat inaccessibile,

τα

C

libile,

τα ἀνθρώπων ἐρχόμενον εἰς τὸν  
κόσμον f). οὐδὲν γάρ ἔσμεν ἄτερ  
τῆς αὐτῆς θεαρχίας οὐδὲν οὐλως  
εἰς τὸ ζητώμενον τέτο δῶρον,  
περὶ τὴν αὐτὴν μακριότητα.  
Προσεγγίσατε, ὁ Θόλος αρετῆς,  
περὶ τὴν ἀγέλην ἐκείνην Θύσιν g)  
μάθετε, ὡς γλυκὺν θεῖς φῶς γέ  
αξιν τὰ νῦν θαυμαζόμενα περὶ  
τὴν μακαρίουν ἐκείνην ληξιν μό-  
νον οἰκειωθῶμεν αὐτῷ δι' αγά-  
πης, καὶ ληψόμεθα τὴν ἔχασύσ-  
σον ἀξιοστον h) πηγάζουσαν σο-  
φίαν, ἵνα δυνηθῶμεν διὰ τῆς χά-  
ριτος τῷ Κυρίῳ ή μῶν Ιησῷ Χριστῷ  
ποταφες ἀναβλύσας ὑδατος ζῶν-  
τος i). ὅπως θαυμάσας τῷ δημι-  
ουρῷ τὴν τοσαύτην σοφίαν ὑμεν-

sibile, lumen, quod illuminat  
omnem hominem venientem in  
hunc mundum. Nihil enim pe-  
nitus sumus, nisi diuina illius  
auspicia nobis adspirent. Hoc  
ipsum quoque donum artis,  
quam quaerimus, diuinae beat-  
itudini comparatum est penitus  
nihil. Vos tamen, o virtutis  
amantes, appropinquate ad im-  
materialem hancce naturam;  
Discite lumen hoc dei, quam  
sit suave. Quamquam quae  
his in terris admiratione prose-  
quimur, minime quidem sunt  
digna, ut illi beatae caelorum  
quieti comparentur. Hoc tan-  
tum agamus, ut deo per cari-  
tatem familiariter vniamur, at-  
que per illum donemur abysso  
sapientiae, tanquam sensuum  
profundissimorum scaturigine:  
quo sic tandem possimus per  
gratiam domini nostri IESU  
CHRISTI, ebullire fontes  
aquaevuentis: quo tu quoque,  
o lector, conditoris dei admi-  
tabilem sapientiam obstupe-  
scens,

f) Cf. IOANN. I. 9. et I. TIMOTH. VI. 16.

g) Sic ob praecedentia expressi. Nam Cod. Vrat. leg. ιφτον, quod  
forte est ιπιφτον, nisi velis cum illi. TRILLERO ιπιφυτον aut ιπιφυ-  
τον recipere.

h) Forte ιξ αβύσσος εἰς αβύσσον TRILL. Sed vulgata lectio, quia sapit  
genium feculi, quo STEPH. vixit, retineri posse videtur.

i) Cod. Goth. leg. ζόρος, restitui tamen ζόρος. cf. Apocal. cap.  
vii. v. 1.

σπειράτης τὴν εἰς ἡμέρας μεγάλην  
οἰκουμένην. Τί θαυμάζειν  
δεῖ χρυσοκόραλλον εἶδος; θαυ-  
μάζειν δὲ δεῖ πλέον τὸ αἴπερ-  
χρυστὸν καὶ λλος ὅμως καὶ τὸν  
πόθον ὑμῶν πληρώσω, ἵνα τοσα-  
τὸν ἐρῆντα ξιασθῆτε μεθ' ὑμνωδίας  
θεολογεῖν τὴν ὑπεράγαδον τῇ θεῷ  
ἀγαθότητα.

scens, eius in genus humanum  
immensem humanitatem collau-  
des. Quid autem opus est ad-  
mirari venustatem auri coralli-  
ni? Admirari potius decet in-  
circumscrip̄tam pulcritudinem  
dei. Nihilo tamen secius gra-  
tificabor desiderio vestro, ut  
rei tantae amoribus inardescere  
mereamini, vnaque dei bonita-  
tem, quae omnibonitate melior  
est, subtiliter intellectam hym-  
norum modulatione laudare.

Reliquum est, ut vitae rationem, quam securus PRAENOB.  
CANDIDATVS est, et finitum studiorum curriculum ex  
instituto maiorum exponamus. In quo negotio quia eo puta-  
mus felicius versaturum neminem, placet hoc ipsa eius verba  
adscribere.

Ego CHRISTIANVS GVLIELMVS GESNER, natus sum Herbslebiae  
anno cœlœcccliii. patre IONNE ANTONIO GESNERO, chirurgo,  
et matre SOPHIA MAGDALENA e gente Hessia oriunda. Optimi hi  
parentes omnem nauarunt operam, ut primis litterarum rudimentis et  
religionis praceptoris rite imbuerer; Quo factio anno cœlœccxx Gym-  
nasium, quod Gotha floret, frequentare coepi pertres annos, ibique  
praceptores habui GEISLERVM, Serenissimi Ducis Saxo-Gothani Con-  
filiarium Ecclesiasticum et Rectorem Gymnasi longe meritissimum,  
item Clarissimum Professorem, BAVMEISTERVM, quorum multa et  
magna in me merita non satis praedicare possum. Quod studii scho-  
lastici curriculum rite emensus, anno cœlœccxli hancce celeberrimi-  
mam musarum sedem adii, et a Rectore tunc temporis Magnifico,  
Illustri Confiliario Aulico et iurium Professore publ. Ordinario,  
WALCHIO, in ciuium academicorum numerum sum receptus. Pri-  
mum

*mum paelectiones philosophicas Illustris Consiliarii Aulici, HANNINGS, physicas Illustris Consiliarii Cameralium, SVCCOW, et mathematicas Illustris Consiliarii Cameralium WIEDEBURGII sedulo frequentauit. Posthaec ad medicinae studium delatus, paeceptores habui in Physiologia, Semiotica, Therapia generali ac speciali Illustrum Consiliarium Aulicum, GRVNERVM, in Anatomia, Chirurgia et arte Obstetricia b. NEVBAVERVM, in Physiologia, Materia Medica, Pathologia et Arte concinandi formularis medicamentorum Illustrum Consiliarium Aulicum, NICOLAI, et horum magnorum virorum paelectionibus sedulo interfui. Tandem medicam forensem, duce Excellentissimo Professore HALLEVERO, et Chemiam experimentalem, magistro Experientissimo Domino Dottore SCHENCKIO, addiscendam existimauit.*

Hactenus ille. Qui nuper a penatibus, quos relaxandi animi causa reuifendos putarat, in hanc litterarum bonarum officinam reuersus a Gratioſo Ordine decenter petuit, ut ad examina sueta admitteretur. In quibus BENE stetit, dignusque habitus est, qui posset ad capeſſendos Licentiati Medicinae honores adſpirare. Quare proxime a. d. XXX. Augusti, Praefide Magnifico Academiae Prorectore, D. ERNESTO ANTONIO NICOLAI, Pot. Boruss. Reg. Sereniss. Duc. Saxo - Vinar. et Isenac. et Sereniss. Princip. Sondershusa Schwarzb. nec non Serenissimor. Princ. de Solms - Braunsfels Consil. Aul. horumque Archiatro, Comit. Palat. Caef. Chem. et Prax. Prof. Publ. Ord. Facult. Med. Seniore, Acad. Nat. Curios. et Mogunt. Scient. Vtil. nec non Societ. Acad. Hass. Sodali rel. Patrono ac Collega summe Venerabili, disputabit *de generatione puris*. Quem actum ut Magnificus Academiae Ex-Prorector, Patres Conscripti ceterique Professores celeberrimi, itemque Commilitones Generofissimi ac Praenobilissimi, praesentia sua condecorare ac illustriorem reddere velint, Ordinis nostri verbis etiam atque etiam zogo. P. P. sub sigillo Ord. Med. Ienae a. d. xxvi. August.

cclccclxxvii.

(L. S.)